

axon. II.  
42



IVSTI ISRAELIS BEYERI

Freyberga-Hermunduri,

# ORATIO

De

# BIBLIOTHECA FREYBERGENSI,

Qua in

Illustri Procerum Panegyri

XV. Calend. Ian. A. R. S. c<sup>lo</sup>Iccxvi

Musis Altenburgensibus

vltimum dixit Vale.

---

Adnexa est

B. TOB. Liebens

INSCRIPTION

eiusdem argumenti.

---

ALTBURGI,

Apud Io. Ludou. Richter, Typogr. Aul.

VIRO  
SVMME REVERENDO AMPLISSIMO  
EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
**CHRISTIANO LEHMANNO**  
DOCTORI THEOLOGO CELEBRATISSIMO  
PASTORI PRIMARIO ECCLESIARVM FREYBERGENSIVM  
VICINARVMQVE  
SVPERINTENDENTI  
ET ANNIS ET MERITI GRAVISSIMO  
NEC NON  
VIRIS PRAENOBILISSLIMIS AMPLISSIMIS CONSULTISSIMIS  
ET PRUDENTISSIMIS  
DOMINIS  
**CONSVLI REGENTI**  
ET  
**EXCONSVLIBVS**  
PRAETORIBVS  
SCABINIS ET SENATORIBVS  
REIPUBLICAE FREYBERGENSIS  
DOMINIS  
PATRONIS AC MECAENATIBVS  
SVBMISSA ANIMI VENERATIONE  
AETERNVM DEVENERANDIS.  
PRIMITIAS HAS STVDIORVM  
IN  
DEVINCTISSIMI ANIMI DOCUMENTVM  
D. D. D.  
**IVSTVS ISRAEL BEYERVS.**

# Iuua IESV Benignissime!



Istor Vobis, non tam meo ausu, quo non vti soleo, quam illorum iussu, quorum auctoritas penes me et magna est, et esse debet. Sistor, inquam, in tam illustri Illustrum et Excellentissimorum virorum conspectu, vt distribuam nunc inter Vos grati animi, quas collegi, tesseras, inque publica panegyri aeternum illis debendi reum me profitear, quorum benignissimae, quas exoscular, manus multa et innuera propemodum per integrum ferme triennium in me, indignum quidem, non immemorem tamen aut ingratum, beneficia heic contulerunt. Et cum nemmo facile ex mente Pbaedri, auctoris fabularum facetissimi, eum, qui laesit, recolat locum, istius contra, vbi factum bene nobis est, satisque commoda feliciter res nostras gerendi data occasio fuit et facultas, recordari merito cum summa animi voluptate consueuerint homines, me quoque adprime ituat, vel breuissimis hic meminisse, quicquid grati, quicquid iucundi, (nam tristia aut molesta multa neque noui neque expertus sum) quae immensa DEI bonitas est, heic praeter spem mihi et exspectationem euenerunt. Possem enim nisi deterret me et rei maiestas et virium mearum inopia, possem, inquam, in deuotissimi saltem animi memoriam adpellare Vobis Serenissimum FRIDERICVM Vestrum; possem quoque et Mecaenatum gratiam, qua res meas, parentum orbitate nimium labefactatas, mirifice suffulserunt; possem, inquam, eorum quoque humanitatem et amorem plane singularem ad caelum vsque, nisi linguae balbutientis obstaret difficultas, efferre laudibus, quorum fide et dexteritate rudior meus, qui erat antea, animus, quantum per ingenii mei tenuitatem ipsis licuit, ad solidiorem virtutis litterarumque liberalium, libero homine dignarum, doctrinam diffictus solertissime est et efformatus. Possem etiam vel ipsius loci dignitatem et eminentiam, inque ea illustre hoc bonarum artium sacrarium, amplissimum piarum mentium seminarium, nobile admodum virtutis et pietatis delubrum, fusiis nunc commendare, si vlla in me esset dicendi facultas. Nec reticenda, credo, mihi fuerit vestra, o! dulcissima Commilitonum pectora, vestra inquam amicitia, qua frui mihi beato heic contigit: quae si conflata est inter scholarum cancelllos et arctiori amoris vinculo in dissentium subselliis connexa, nihil eius recordatione perennius, nihil suauius postmodum esse solet. Sed nimis odiosam fore hanc rerum dicendarum prolixitatem, et neque temporis angustiam, neque Vestram, quanta quanta etiam sit, patientiam sufficere mihi, facile ipse augurari possum. Quare vela contraho, et id saltem, omissis aliis quam plurimis, pace Vestra, Auditores Illustres et Spectatissimi, nunc publice praedicare suscipio, quod hoc loco mihi beato contigisse et gaudeo et grata mente agnosco. Nam vel in prima felicitatis meae parte collocare soleo, me a teneris statim et primis studiorum meorum annis, adsueuisse rei, quam aiunt, bibliothecariae, et ad intimorem suppellestilis, qua opus habent erudit, litterariae notitiam fuisse admissum. Cum enim inuidendam prorsus solertiam et indefessum, cuius ipse ego sim testis oculatus, studium WIL. LISII nostri, Viri et Deo et Musis percari, vt in caeteris omnibus, sic in eo versari et vide rem et admirarer, vt ex Cimmeriis non nisi, quibus delituerat adhuc, tenebris in lucem protraheret *Bibliotecam Scholasticam*, debitamque Majorum laudem, et laudabile omnino eorum, a quibus colligi ista hic coepit, institutum a tinearum blattarumque iniuriis liberaret strenue; permisit Vir optimus et humanissimus pro eo, quo in me ferri eum semper intellexi, affectu plane paterno, vt a manu ipsi essem in hac opera, et excuterem libros saltim, pulueremque iis abstergerem, quo premi miserandum in modum et tantum non opprimi eos et videbant et indolescabant omnes, qui harum rerum studio tanguntur. Ego interea dum iubeor haec agere doceorque, sensim sine sensu totus inescor his deliciis, et ne quid arrogantius de me ipse videar dicere, ardere incipio rei bibliothecariae amore, adeo vt et extra oleam hanc vagari, et de aliis, alibi quoque laudabiliter reconditis, librorum thesauris cogitare, eosque, cum oculis non liceat, animo saltem perlustrare, vel eminus praegestirem. Cum autem et alias iucundissima mihi esse soleat Patriae meae recordatio, nec ultimas amoris et obleruantiae partes me debere huic ipsi,

B

Vrbi

Vrbi omnis aei clarissimae, lubens profitear, eam quoque Bibliothecam amare coepi, quae in patria mea, dulcissimo solo, inque eius Gymnasio celeberrimo, solertissima SENATVS Amplissimi cura, non contemnda quotannis capit incrementa. Quare et nō tu et confidentius gaudeo, tantam esse omnium Vestrūm humanitatem, illustres et splendidissimi Auditores, tantam in me quoque propensitatem, vt nemo Vestrūm yitio mihi vertat, si vel aliunde et e longinquo satis, ex metalliferis niinirum Misniae montibus in Osterlandiam tale dicendi argumentum, in vltimi speciminis vicem, in praelens repetam, quod nec ingratum Vobis, nec loco aut tempori absolum longe videatur. Nam et ipsius rei amoenitas, et memoria patriae dulcissima impulit me et excitauit, vt faciem Bibliothecae Freybergensis eiusque Historiam eo, quo possum ob ingenii tenuitatem, penicillo delineem Vobis, et breuiter exponam. Evidem eo nondum processi audaciae, vt quidpiam eos de re bibliothecaria docere sustineam, qui ob variarum rerum scientiam et omnimodam, qua clarent, doctrinam Dionysio Longino \*) similes, omnium bonorum suffragio habeantur. Hic enim cum ad miraculum vsque floreret, et praestantissimae, prout tum erant tempora, doctrinae laudibus excelleret, dignus habebatur, qui viuentis Bibliothecae titulo insigniretur. Proinde cum de Bibliothecis nonnihil praefari suscipio, consistere mihi heic nonnisi inter viuentes Bibliothecas video, quorum tam frontes et oculi me ea persequi iubent, quae exorsus sum. Quare nihil amplius cunctor, aut longas per ambages exorsa conquiro, sed pace Vesta, Patroni illustres et Excellentissimi, Fautores perekimii et singulari pietatis cultu deuenerandi, id Vobis excutiam, quod inter maxima, quibus abundat Freyberga, vrbis Hermundurorum nobilissima, ornamenta vel primo loco numerari velim. Habet enim alia adhuc plura, de quibus glorietur Freyberga, nec est quod aliis cedat vrbibus, si vel amplitudinem illius vel sacrarum pariter ac profanarum aedium splendorem spe&temus. Laudent alii vel situs amoenitatem, vel stupendas olim metallorum diuitias, quibus et inde a seculo post A.1169. Christum natum duodecimo, origines suas debet Freyberga, postquam Otto Diues, Marcho Misniae, ex reddituum metallicorum abundantia, fundamenta huius vrbis adeo felici omnię iecit, vt per paucorum etiam, qui sequebantur, annorum decursum, ciuum et incolarum numerus duo et triginta millia, septingentos, et sexaginta aequarent. Laudent etiam alii, et ea, qua par est ac decet, praedicatione concelebrent tumbasillas maxime illustres et splendidissima Electorum Saxoniae Mausolea, quibus Freyberga superbit, quibusque tam sacra tantorum Heroum ossa inde ab Henrici Pii temporibus ad hunc vsque diem reconduntur. Ego omitto haec omnia, aliisque linguis et ingenii excellentioribus, praedicanda relinquo, quae maiorem dicendi vim et abundantius ingenii flumen sibi exposcunt.

A.1541. bit,

Expando potius Freybergensis, quam dixi, Bibliothecae Ioulos, indeque depromo, quae originem istius aequa ac librorum, in ea reconditorum, praestantiam atque originem nobis clariorem reddunt. Quod si vero ab vltima origine repetrere Bibliothecae huius historiam volumus, reuertamur nos oportet ad sordida ista, quae adhuc perhorrescimus, et puluerulenta Pontificiorum scrinia, Sophistarum nonnisi et Scholasticorum quisquiliis olim referta, antequam penitus ea excutiebantur Martini Lutheri \*\*) et Philippi Melanch-

\*) ex Eunapio habet Thom. Pope Blount in Cens. Celebr. Auct. p. 200.

\*\*) Ita enim ipse T. II. Altenb. p. 813. So haben auch die Stift und Klöster vor Zeiten Libereyen angerichtet, wiewohl mit wenig guten Büchern. Und was es für Schaden gethan hat, daß man zu der Zeit nicht drob gehalten hat, Bücher und gute Libereyen zu verschaffen, da man Bücher und gute Leute gnug darzu hätte, ist man darnach wohl gewahr worden, daß leider! mit der Zeit dahin gefallen ist alle Kunst und Sprachen, und an statt rechtschaffener Bücher, die tollen, unnützen, schädlichen Münch-Bücher, Catholiken, Florista, Graecista, Labyrinthus, Dormi Secure und dergleichen Esels-Mist vom Teuffel eingeführet ist, daß damit die Lateinische Sprache zu Boden ist gangen, und nirgend keine geschickte Schule noch Lehre, noch Weise zu studiren ist überblieben. Und wie wir erfahren und gesehen haben, daß mit so viel Mühe und Arbeit man die Sprachen und Kunst, dennoch gar unvollkommen, aus etlichen Brocken und Stücken alter Bücher, aus dem Staub und Würmern wieder hersfür bracht hat, und noch täglich daran sucht und arbeitet.

lanchthonis studio atque solertia, et ad genuinum ordinem atque vnum redigebantur. Nam etiam inter densissimas \*) adhuc solidioris doctrinae tenebras collegerant homines isti pro sua, qua pollebant, sapientia libros aei sui celebriores, inque certa locula menta reposuerant, quos recens id temporis enatae artis typographicae cultores \*\*) in lucem protrahere omni nisu et contentione studebant. Cum autem vnu suo destituerentur haec Papicolarum studia, quae adhibebant in congerenda aliqua librorum faragine, nouaque luce purioris elegantiorisque doctrinae felici fidere exorta, ad genuinos, magisque gnaros harum rerum possessores redirent haec cimelia, nouo ordine, noua saepius etiam sede, et ornari et augeri cooperunt. Quam felicitatem experta quoque est Bibliotheca Freybergensis. Postea enim quam satis diu delituerat inter squalorem et tenebras sacrarum, quod erat in aede urbis huius Cathedrali, luci exponi publicae, inque clave quoddam, tatis aptum et pellucidum, aedibusque Gymnasi contiguum, SENATVS A. 1565 Amplissimi auspiciis, transferri iubebant libri, \*\*\*) quorum numerus postmodum, ab Antilitte id temporis rerum sacrarum summo, Abr. Krautvogelio, Theologo laudatissimo, cum cura initus est, traditusque duobus illis superioribus ea tempestate publice in Gymnasio Freybergensi docendi Magistris, Valent. Apelli, et Mich. Hempelio, ut prospicerent sedulo rei bibliothecariae, eamque adaugere omni modo tentarent. Nondum enim magnitudo illius et copia excreuerat eo tempore ultra septingentos, sex et triginta libros,

C

quorum

\*) Sic enim Cl. Andr. Mollerus in Chron. Freyb. P. II. p. 128. inquit: Anno 1488. hat Joh. Stubenecker, Archipresbyter sedis Freybergensis den Prediger-Mönchen im Ober-Closter, zum Aufsange einer neuen Bibliothek, weil die alte im Brände mit verdorben war, 50 Stück Bücher eines ansehnlichen Werths verehrt. Im Closter ist selbige Zeit Matthias, Capitis Prior et Nationis Misnicae Vicarius, und Paul Klingenbergs Superior gewesen, man findet auch von diesen Büchern noch ießt etliche Stücke in der Freybergischen Bibliothek auf der Schule, mit gedachten Archipresbyteri Mahmen bezeichnet.

\*\*) Iterum D. Molli. ibid. P. I. p. 129. recenset libros sequentes: als da sind: Psalmi Davidis A. 1457. Liber sextus Decretalium Bonifacii Octavi A. 1465. publicaret. An dem ersten stehen hinten folgende Worte: Praesens Psalmorum codex, venustato capitalium decoratus, rubricationibusque sufficienter distinctus ad inuenitione artificiosa imprimendi ac charakterizandi absque calami vlla exaratione sic effigiatus, et ad Eusebiam Dei industrie est consummatus per Io. Fust ciuem Moguntinum et Petrum Schoffer de Gernsheim Anno Domini Millesimo CCCCLVII. in vigilia assumptionis. An den Decretalibus steht dieser Anhang: Praesens huius sexti Decretalium praeclarum opus alma in urbe Moguntia inclitae nationis Germanicae, quam Dei clementia tam alti ingenii lumine, donoque gratuito caeteris terrarum nationibus praeferre illustrareque dignatus est non atramento, plumali canna neque aerea, sed artificiosa quadam ad inuenitione imprimendi s. characterizandi sic effigiatum, et ad Eusebiam Dei industrie est consummatum per Io. Fust ciuem, et Pet. Schoffer de Gernsheim Anno Domini 1465. d. 17. Dec. Ferner sind unter obgedachten Pergament-Büchern verhanden, so Peter Schoffer zu Mainz allein versiert: Decretum Gratiani cum rubricis Anno 1472. Decretales Gregorii M. Papae A. 1473. Sextus Decretalium Bonifacii VIII. eum Constitutionibus Clementis V. Papae Anno 1476. und etliche andere mehr. Welches zu notiren wieder diejenigen, die in öffentlichen Schriften fürgeben, als wenn Johann Faust und Peter Schoffer Anno 1466. die Off. Cic. zum allerersten tanquam primum impressoriae artis opus gedruckt, dessen Exemplar in der Bibliothek zu Heidelberg gewesen, und noch eins zu Augspurg seyn soll, und hochgehalten wird, wie in notis Salmuth in Pancirollam und anderswo zu lesen. Immassen auch etliche publice von sich schreiben, als wenn Peter Schoffer die Decretales Gregorii A. 1479. zum ersten mahl für sich allein in Druck kommen lassen, da doch obbeniemte Stücke einanders ausweisen.

\*\*\*) Die Bibliothek ist zuvorhin in der Thun-Kirche gewesen, oben in einem Gewölbe, wenn man den grossen Wendel-Stein auf die hohe Bohr-Kirche gehet, nicht weit vom Singe-Chor, von dannen sie Anno 1565. auf die Schule in das hinterste Auditorium transferiret worden. Die Bücher sind meistenthels von den Canonicis und Mönchen nach der Reformation hinterblieben, und hat man dieselben Anno 1578. im Septembri auffs neue inuentiret, und in einen Catalogum gebracht, darinne zwar mehr nicht als 736. Bände, doch etliche uhralte denkwürdige Stücke zu finden, so von den ersten Inventoribus und Anfängern der Buchdruckerei Johann Fausten und Peter Schoffern von Gernsheim, zu Mainz auf Pergament in groß Fol. gedruckt worden, Id. ibid.

quorum numerus tamen nouis postmodum accessionibus sensim sensimque augescet.  
A.1604. Laudatur hic non iniuria posterisque commendatur maxime *Io. Hornicæt*, Philosophiae  
bonarumque artium Magistri et Poliographi olim *Freybergenium* dextrimi, cura et pro-  
videntia, qua et ornare rem bibliothecariam et ordinare magis magisque elaborabat. \*)  
A.1611. Et cum studia huius viri optimipari ardore exciperet *M. Andr. Quellmalzius*, felicissimus  
gentis suae propagator, et Prorector Gymnasi meritissimus, non poterat non hoc palli-  
dum Musarum Freybergenium in tuto collocari, et eximia sperare incrementa, quippe  
cum et *Heluici Garthii*, Doctoris Theologi et Superintendentis ecclesiarum grauisissimi,  
cura accederet, seduloque calcar adderet *B. Quellmalzio*, ut indicem conscriberet libro-  
rum omnium, quem tamen, nescio quo praepeditus fato, imperfectum reliquit. Equi-  
dem cum *Garthii* beatissimi successor *Abrab. Gensereffius*, qua de causa? non satis liqui-  
do constat, curam huius Bibliothecæ et tutelam in se suscipere recusaret, diu quoque  
experta haec mutationem fortunæ, ad angulos retrudi denuo et famam perdere insi-  
mulque spem incrementi tantum non omnem amittere videbatur. Nec demirabantur  
hoc adeo illi præcipue, qui temporum istorum aerumnas patriæque, quibus conflictan-  
dum ipsi erat, miseras vel tacita aestimatione secum pensitabant. Nam inter armo-  
rum strepitum, quibus patriæ nostræ confinia non ita multo post personare incipie-  
bant, in tignis omnino et superficie caritas librorum omnisque rei litterariae misere  
pendebat. Neque tamen plane exoleuerat in animis eruditorum, quos *Freyberga* tum  
fouebat, rei Bibliothecariae dignitas, adeo ut et medios inter vel in ipso Saxoniarum me-  
ditullio misere saeuientium Martis furores et horrisona bellorum murmura, ciuium ho-  
nestorum aliquot fuisse constet, qui precibus adierunt patriæ SENATVM Amplissimum  
de augenda denuo Bibliotheca, rogaruntque ut liberior iterum ad eam certis diebus ada-  
pertam aditus ipsis pateret. Quo facto cum solertissimi patriæ Patres optime intellexis-  
sent, Bibliothecæ suae decrementa vel inde facta hactenus iam, et adhuc metuenda es-  
se, quod nemo certus fuerit, qui praesit huic rei curamque gerat continuam; ex suo  
etiam ordine elegerunt virum et integritatis et amoris in rem litterariam laude floren-  
tissimum, *M. Georg. Plattnerum*, Praetorem patriæ dextrum, et prosapiae suae,  
quam reliquit, gloria adhuc quasi reuuiscentem, ex collegio autem scholastico, Con-  
Rectorem patrii Gymnasi celeberrimum, *M. Andr. Mollerum*, virum et mihi hic saepius  
non uno nomine laudandum, quos publica auctoritate constituebant Bibliothecarios et  
rei huius litterariae praefectos. Horum itaque cura et laudabili prorsus studio mirifi-  
ce redintegrabatur spes adaugendæ Bibliothecæ: Libri omnes in suos ordin eset, quas  
vulgo dicunt, facultates, decem inquam Classes, describebantur, eorumque indices et  
Catalogi decenti ratione concinnabantur. Quo etiam haberent, vnde præsentiora  
augmenta caperent librorum classes, de firmando aerario redditibusque adaugendis so-  
liciti admodum erant, scriptio non solum et latine et germanice contexta, quæ stipem  
quæ rogabant, et fautores rei litterariae de stipendiis largiori manu erogandis maxima,  
qua fieri poterat, humanitate sollicitabant, sed adfixa quoque tabula, cui solemnni formu-  
la eorum nomina adpingebantur, qui beneficio aliquo in eandem collato, non parcos  
aut infrequentes se rei bibliothecariae cultores præbuerant. \*\*) Nec in hoc desit Pa-

\*) Anno 1604. ist der Anfang zu Vermehrung derselben gemacht worden, und haben E. E. Rath  
und andere firnehme Liebhaber der freyen Künste, besonders aber die Berg-Gewercken  
der Alusbeut-Zechen, milde Contributiones zu Erkaufung neuer Bücher gutwillig an-  
geleget, dabey der damahlige Berg-Hauptmann Christoph von Schönbergk, inglei-  
chen der Superintendent *M. Mich. Niederstätter*, und *D. Paul Pleißner*, Stadt-Phy-  
sicus, durch Intercession viel gethan, welches billich zu rühmen. Man hat darauff den  
vorigen Ort erweitert, und *D. Wellers Auditorium* mit zur Bibliothek eingenommen,  
und neu angerichtet.

\*\*) Diejenigen, welche selbe Zeit etwas hierzu verehret, sind auf eine besondere Tafel zum Gedäch-  
tniss-auffgezeichnet worden, wie denn etliche sich sehr wohl gehalten, und zu ihren grossen  
Nachruhm dieses Werck höchst befördern helffen, darunter insonderheit die von Wal-  
litz das Opus Biblicum Regium in 8. Theile um 128 Gulden erkaufft, schön binden  
lassen, und in die Bibliothek verehret. So haben auch besagte Berg-Gewercken ein  
ehrliches hergeben, und von ieder Marck Silbers ein gewisses etliche Jahre nacheinan-  
der auszahlen lassen, immassen die Bibliothek-Rechnungen zeigen, daß inner 8. Jahren

tronorum benignitas, sed coeptum quoque est, stipendia colligere ad locupletandos Bi-  
bliothecae redditus inter ipsa solemniora nuptiarum sacra. \*)

Quo et eodem ferme tempore singulari in litteras amore compulsus M. Albinus Vl-  
mann, 1Ctus non incelebris, et ordini senatorio adscriptus, Inspectorque scholarum lau-  
dabilis, ampliavit Bibliothecam libris aliquot et Chirurgicis Instrumentis quatuor et sexa-  
ginta. Ad Bibliothecae enim amplitudinem non libros solum, sed et omnia artefacta,  
instrumenta in primis Mathematica, Geometrica scilicet, Astronomica, Optica, sic et  
Medica, aliaque rariora et non vbius obvia pertinere, prudentissime iudicabat. \*\*) Cum  
igitur et ordine suo et augmentis non contemnendis inclaresceret haec Bibliotheca,  
coepit publico SCto singulis diebus Louis aperiri per aliquot a meridie horas, quo  
patesceret omnibus et singulis, sicque publicis eruditorum commodis inseruiret. Quod  
laudabile admodum Maiorum institutum, nulla postea fatrum iniquitate aut Biblioth-  
ecariorum incuria interruptum est, sed sartum isthuc tectumque seruarunt omnes, qui se-  
quentibus annis curam Bibliothecae cum laude sustinuerunt. Quos inter, ordo non so-  
lum et series annorum, sed merita etiam illius poscunt, ut primo loco nunc recenseamus  
M. Dau. Quellmalzium, qui praecipua vel in hoc usus est felicitate, ut cum puer adhuc A. 1652.  
praeceptor suu amantissimo Andr. Moller, supra a nobis laudato, in ordinandis consi-  
gnandisque librorum indicibus a manu fuisset, ipse deinceps constitutus Rector fuerit et  
Bibliothecarius, suaeque fidei et dexteritatis laudes ad posteritatis memoriam propaga-  
rit. Successores hic sortiebatur Ottonem Bennevizium et post hunc Nic. Grefum, Re-A. 1657.  
ctores Gymnasii satis felices, et laude sua ob praestitam rei Bibliothecariae fidem nullo

modo  
von 1604. bis 1612. von Ausbeut-Einlagen 537 Thaler in specie, und 190. Gülden  
3. gute Groschen an kleiner Münze einkommen. Sonst sind etliche Ansätze und Ovit-  
tunaen der Buchführer und Buchbinder vorhanden, welche insgesamt in die 1200.  
Gülden in sich halten, so man damahls auff Bücher gewendet, dadurch die Bibliothek  
zu geschwinden Auffnehmen gelanget, und mit vielen schönen nützlichen Autoribus ver-  
mehret worden. Es ist aber kurz hernach alles ins Stecken gerathen, und die Bibliothek,  
weil besagte milde Einlagen gänzlich ersessen blieben, viel Jahr nacheinander verschlos-  
sen gewesen, bis Anno 1630. da auffständiges Anhalten etlicher Litteratorum bey  
der Stadt, eine Revision fürgenommen, und voriger Untordnung fürzukommen, M.  
Georg Plattner, des Raths, und der damahlige Con-R. M. Andr. Moller. der Schulen  
zu Bibliothecariis verordnet worden. Darauff man folgendes Jahres erstlich  
die Bücher in das alte und hintere Conclave wieder zusammen bracht, und das förde-  
re Auditorium der Schulen abgetreten: Hernach sind von dem einen Bibliothecario  
die befundenen Bücher mit gehörigen Überschriften bezeichnet, welche zweymahl in einer  
Edition verhanden abgesondert, die andern alle in 10. ordentliche Classes, so gut als  
es zum Anfange seyn können, abgetheilet, und ein richtiger Catalogus darüber auffge-  
richtet worden. Von dieser neuen Anstellung der Bibliothek sind folgende Chronody-  
sticha darinnen zu finden:

Laeto DIVI nVMInIs aVXILlo!  
SVEClS Vbl saXoqVe aVsIs vLtrIClBVs arVa  
EXpVrgant fVrlIs MIsnlCa TILLlaClS,  
HaeC fVlt hVC transLata, reVlqaqVe BiblLotheCa,  
Et Libri In CLasses orDIne Dispositi,  
GensrefIVs prlnCeps Mystes, SCönlEbIVs Vibis  
ConsVL, PLatnerVs BlbLarlarChos erat.

Memoriae s.

\*) Folgends hat man sich höchstlich bemühet, diesem hochöblichen Werke zu helfen, und eiue gewis-  
se beständige Einnahme zur Vermehrung der Bücher wieder einzubringen, wie denn Gott  
der Herr Glück und Gnade verliehen, daß innerhalb wenig Jahren, ungeacht der damah-  
lichen Kriegs-Pessuren, doch viele freywillige Schenkungen gutthaiger Personen, auch  
etlicher jährlichen Zinsen, ingleichen der dritte Theil von gewöhnlichen Hochzeit-Einla-  
gen für die Schul-Cantoren der Bibliothek zugewendet, und dabei Anordnung ge-  
macht worden, dieselbe wöchentlich alle Donnerstage zu eröffnen, daß nunmehr ieder-  
mann sich nach Begehrren darinnen zu ersehen, u. ein oder das andere Buch brauchen kan.

\*\*) Quo et eodem insituto laudatissimo vi sunt Duum viri Cl. Melch. Lößel, Med. D. famigeratissimus, et D. Paul.  
Pleisnerus sacri palati Caesarei Comes, quorum hic duos Globos, coelestem terrestremque elegantes  
et praecipua magnitudine depictos; ille vero dono Vitemberg in sui memoriam huc misit, compagm  
ossum corporis humani, carne et neruis detractis, s. skeleton, quod graeci dicunt, artibus suis plane  
perfectum et artificiose concatenatum.

modo defraudandos. Cum etiam per eundem hunc temporis tractum supra laudatus *Plattnerus*, per viginti et octo annos, cura rei bibliothecariae maxima vbiue cum laude defunctus, diem suum obiisset, anno aetatis septuagesimo quarto, (tantam enim annorum seriem et pietas eius et merita in rem litterariam poposcerant) suffectus in eius locum ex SENATVS Ampliss. ordine est, *Sam. Seyfried*, pernobile et antiquum in *Hermunduris* nomen, Praetor primum Patriae et ICtus disertissimus, Praefectus postmodum, adiunctusque in hoc studio supra iam laudato *Andr. Moller*. Ast ethic, pertaelus formanda iuuentutis aerumnas, scholarum carceribus elapsus, animoque ad Medicinae artis\*) studia applicato, cum Gymnasii haec tenus fuisse Con-Rector, nunc Medicinae Doctor, et Physicus *Freybergensium* ordinarius, senatorque patriae prudentissimus, animam cum cura rei bibliothecariae, cui per triginta annos immortalis laude praefuerat, depositum anno aetatis septuagesimo tertio, nominisque sui immortalitatem et *Cronico*\*\*) quod edidit, *Freybergensi* aliisque multis in rem litterariam meritis feliciter sibi comparauit. Successores autem quos habuit ex curia *B. Moller*, et quibus curae cordique fuerunt Bibliothecae incrementa, doctissima olim scriptio\*\*\*) percensuit, eximiisque quibus digni fuerunt, laudibus extulit, nunc post *Mich. Schirmerum*, *Andr. Beyerum*, et *Iust. Godofredum Rabenerum*, auum meum in tumulo adhuc et ipsa aeternitate mihi maximopere venerandum, Rect. Gymnasii *Freybergensis* et Bibliothecarios immortaliter meritos, recensendus multaque laude mactandus est *M. Tob. Liebe*, *Freybergensis*. Hic enim cum per aliquot annos Collegae Terti, itemque Prorectoris munus egregie ornasset, Rectoris fasces adeptus, singularem curam et indefessum plane studium Bibliothecae huic impedit, nihilque omisit, quod ad ornandam aequa ac augendam rem bibliothecariam pertinere videbatur. Hinc quos in X. Classes descriptos deprehendebat libros, in duodecim nunc digesit ordines, \*\*\*\*) tresque Catalogos et Indices locupletissimos, IV. voluminibus \*\*\*\*\*) maiori foliorum forma compactis, sua manu, quod miratus nuper sum, satis eleganter et concinne admodum conscripsit. Hoc ordine laudabili prorsus et posteris pergrato, constitutam ornatamque hanc Bibliothecam tueri etiam et ad posteritatis memoriam conseruare integrum, omni studio laborarunt, qui secuti sunt *Liebium nostrum*, virum sui nominis, *Christ. Frueckius*, et *Io. Ritterus*, Rectores huius Gymnasii et Bibliothecarii sua adhuc laude floentes, quorum hic suum iam obiit diem supremum, ille vero inter alios, quibus *Freyberg* ornatur, praecones verbi diuini disertissimos, de sacra pariterque re litteraria bene hodienum mereri pergit. Ad nostra autem tempora nunc deuoluti, quae de Bibliothecariis amplius referamus, vix habemus. Nam qui hodie ad Musarum *Freybergensium* gubernacula cum omnium plausu sedet, curamque bibliothecariae rei solertissime gerit, *Sam. Moller*, mea non indiget praedicatione, quippe cum etiam nimia accumulaturus praeconia subuere or, ne modestiam eius, qua amatur, temere violarem. Quare rogo saltem et supplex veneror summi Numinis benignitatem, ut statores rei litterariae et Patronos, quibus stipatus adhuc fuit, ipsi conseruet benignissimos, quorum ope et auspiciis optimis fortiter adiutus, eo,

\*) Suo igitur merito iis accensetur a Cl. *Vilifio* Incunab. Scholae Annaeb. p. 202, qui e scholis ad amoeniores *Galeni* et *Hippocratis* hortos abierunt.

\*\*) Continuare hoc *Chronicum Freybergense* ad nostra usque tempora, maxima, qua claret, solertia in se suscepit *Sam. Bernh. Kahn*, Ecclesiastes Cathedralis, quod ut lucem adspiciat propediem, multi exoptant.

\*\*\*) Digna haec nobis visa fuit, quae adnectatur heic orationis fini.

\*\*\*\*) CLASSES, in quas Libri dispositi sunt, sequentes duodecim I. Libri textuales Biblici, i. e. S. Biblia, eorundemque versiones, Glossae et Concordantiae, s. Indices. II. Scripta Patrum Graecorum et Latinorum. III. Scripta Theologica Orthodoxorum. IV. Script. Th. Caluinianorum. V. Script. Th. Pontificorum. VI. Script. Th. reliquorum heterodoxorum. VII. Script. Th. Scholasticorum. VIII. Libri Iuridici. IX. Libri Physici, Medici, et Chirurgici. X. Libri Historici. XI. Libri Philosophici. XII. Libri Philologici, continentur.

\*\*\*\*\*) Tituli horum Catalogorum sunt sequi. Bibliothecae Publicae Freibergensis Index Primus, in quo Libri annotatis Autore, Loco et Anno editionis in certas Classes dispositi, et quoad formam exteriorēm distincti reperiuntur, auspiciis et auctoritate Ampliss. et Grauiss. DNN. Inspectorum collectus et conscriptus per M. Tob. Lieben Freyb. Gymn. Patr. Con-R. A. S. MDCLXXXIV.

II. Bibliothecae Publicae Freibergensis Index II, in quo Autores, qui Libros vel conscriperunt ipsi vel recensuerunt, vel notis aut saltim prefationibus illustrarunt, ordine alphabeticō digesti reperiuntur Auspiciis et Auctoritate Ampliss. et Grauiss. DNN. Inspectorum collectus, et conscriptus per M. Tob. Lieben, Freyb. Gymn. Patr. Con-R. A. S. 1686.

III. Bibliothecae Publicae Freibergensis Index Tertius, exhibens I. Repertorium Biblicum, eorum locorum Scripturae S. quos vel integri Commentarii vel Coniciones, vel Tractatus Theologorum explicant: II. Repertorium Pansophicum, sistens materias varias ex Theologia, Iurisprudentia, Medicina, Philosophia de promptas, quarum uerior extat omnium explicatio. Auspiciis et Auctoritate Ampliss. et Grauiss. DNN. INSPECTORVM collectus et conscriptus per M. Tob. Lieben, Freib. Gymn. Patr. Con-R. A. S. 1668.

eo felicius rem bibliothecariam et ornare et augere possit. Seruet ipsi, ut et mihi ac bonis omnibus, Senem sanctissimum CHRIST. LEHMANNVM, Theol. in Saxonia grandae-  
um, quem lecto nuper, quod dolebant omnes, propemodum fatali, vidi, nunclibera-  
tum eo feliciter gaudeo: seruet PATRES communis patriae nostrae spectabiles, Senes  
et annis et meritis in vniuersam, quam tuentur, reipublicae salutem graues admodum  
et venerandos, SEYFRIDIVM, a quo leuatum me sacro fonte et suscepsum esse, non  
sine eximia animi voluptate recordari soleo, ALBERTVM, SCHOENLEBIVM, aliosque  
omnes viros meritissimos, quos pagellae hae non capiunt, seruet, inquam, omnes ac sin-  
gulos inter laetissima omnis felicitatis senectutisque commoda, quo et sacrae, et ciuili,  
et litterariae rei prospiciant vterius, eamque in maius prouehere indies sua, qua pol-  
lent, auctoritate ex voto omnium bonorum queant. Et dum ad finem properare ora-  
tio mea iubetur, relictis, et alii tempori et aliorum ingenio iis rebus quam plurimis, quae  
de *Bibliotheca Freybergensi* et dici et laudari adhuc potuissent, hanc voti mei summam  
et esse et semper fore adfirmo, ut et eandem, qua digni estis, felicitatem huic, quae  
ornatur, Bibliothecae, huic Gymnasio, quod tanto FRIDERICI nomine superbit, huic  
vrbis, cuius moenia tantis columnibus suffulciuntur, propriam et perennem seruare ve-  
lit Coeleste Numen. Idipsum etiam ut Vobis ex intimo cordis affectu piis exoptem  
precibus, antequam hinc discedam, haecque Musarum relinquam sacraria, pietas exigit a  
me et Vestra, in me larga manu ultra biennium collata beneficia tuo merito sibi ex-  
poscunt. Tibi autem, o! aeternum Numen, aeternas, si quae vnuquam a mortalibus  
tanto Numini persolui possunt, gratias persoluo. Innumera sunt, quae a puero, ast quid  
a puero inde? a primo viuendi initio diuinitus in me collata esse nullus dememini. To-  
tum me Tibi debedo, fateor, totum me Tibi trado. Tum demum pater Tu mihi esse  
coepisti, cum deesse mihi pater inciperet. Inter innumera et non superanda saepius  
tam maturaे orbitatis meae incommoda satis felicem me seruasti, et abs Iubricae inpri-  
mis iuuentutis illecebris immunem. Qui educarent me sub faultis suis penetralibus, ani-  
mumque meum ad primam statim pietatis virtutisque doctrinam formari curarent soler-  
ter et effungi, largiter dedisti. Cum *Altenburgum* eundi mihi patesceret via, bonis omini-  
bus me hoc deduxisti, inque florentissima hac elegantiorum litterarum sede res meas ex  
voto agere permisisti. Qui titubantem me in ignoto velut terrarum orbe ad rectum,  
quem quaeritabam, tramitem dederent, mihi deesse noluisti. O benignissime Deus!  
amplius sis mihi pater, et ego Tibi ero, si mereor, filius. Istud et hoc publica voce Te  
rogito, Te obsecro, velis vel mea vice ea largiori foenore rependere, quae vel hoc loco,  
in hoc amoenissimo bonarum artium emporio, collata in me beneficia fuerunt. Ad  
hunc itaque, ad hunc, inquam, remuneratorem omnium beneficiorum largissimum, Vos  
ablegatos volo, Patroni Excellentissimi, Vos, inquam, et reliqui, e quorum riuulis satis  
beneficii in me deriuatum subinde fuit. Ego quantum, quantum in me est, nihil habeo,  
quod pro Vestro in me amore, Vestra et nutriendi, et docendi, et subleuandi meam  
tenuitatem propensione Vobis nunc reddam, Habui heic, de quo mihi gratulor, REDELI-  
VM, FREIESLEBIVM, THOMAEOS, VVILISIVM, FRISIVM, aliosque viros de variis re-  
rumpublicarum officiis, imo et de me immortaliter meritos, quorum amore et benigni-  
tate suffultus, variis rudioris animi difficultatibus feliciter potui eluctari. Vos, inquam,  
valere nunc ex omni parte volo, Patroni Colendissimi, Praeceptores vel paterna in me  
fide et amore praeculari, quibus aeternam beneficiorum memoriam polliceor sancte at-  
que spondeo. Plura eloqui nunc, nescio quo doloris affectu intimo, prohibebar. Qua-  
re vel paucis adhuc et Vos, o! Amici, valere iubeo: Valete, Valete, o! pectora mecum  
adhuc, quae fuistis, coniunctissima, et mei in Vos amoris estote memores: Valete Mu-  
sae *Altenburgenses* et florete in perpetuum! Vale et Tu quoque, o! Bibliotheca suauissi-  
ma, quam saepius adeo perreptandi mihi non dabitur amplius forte occasio. Valete  
vos libri, doctissima monumenta virorum, crescete, augescite sub cura et prouidentia Ve-  
stri VVILISII in eximum posteritatis gaudium et voluptatem! Tandem et meum ho-  
spitium valeat cum FRISIO meo! o! valete vos parietes dulcissimi et fauete!

D I X I

NO-

NOBILISSIMO AMPLISSIMOQUE  
FREIBERGAE HERMVNDVRORVM  
SENAT VI  
BIBLIOTHECA  
IBIDEM PVBLICA  
PRO  
INSTAVRATIONE  
GRATIAS AGIT PVBLICAS,  
INTERPRETE  
M. TOBIA Lieben, Con-R.

S Alue

Ingens Misniae metalliferae Gloria,  
Dulce Electoratus Saxonici Delicium,  
FREIBERGA !  
Salve cum Patribus Tuis Conscriptis,  
prouidentibus sedulo,  
ne quid res Tua publica detrimenti capiat !  
Illi paternam,  
Tibi maternam mei curam debeo.  
Embryo eram  
Cimmeriis Papatus tenebris tanquam  
visceribus inclusa,  
nunquam hanc suauissimam lucem adspectura,  
nisi Tu quidem obstetricis admouisses manus.  
Lucem vero hanc adspxi,  
statim ac purior Euangelii lux per Martinum Lutherom  
sacra Tua pulpita illustrauerat.  
Quasi iniquum esset, eam nasci in tenebris,  
Quae variae doctrinae lumine  
aliquando perfusura erat quamplurimos.  
Humi iacebam squalida,  
nec satis digna  
Quam quis tolleret, aut in spem aliquam  
educeret :  
Tu autem,  
MEA FREIBERGA,  
me suscepisti, susceptam educasti, educatam  
ornasti.  
Ornatamque tanquam comptioribus Viris iam  
fatis maturam digne collocare  
nihil reliqui fecisti.  
Tuam in posterum mirabitur Prudentiam,  
qui Curas perpendit.  
Quas pro me locupletanda impendisti grauitate.  
Tuam omnis posteritas venerabitur  
Beneficentiam  
si opes aestimauerit.  
Quibus me excultam voluisti largiter.  
Iam ego, quod ipsa mireris,  
Tuo beneficio facta sum Mausoleum,  
in quo priscorum Sanctorum custodiuntur  
reliquiae,  
omnis Virtutis plenae :  
Iam vere eruditionis sedes,  
Iam sapientiae domicilium,  
Iam litterarum securissimum sacrarium,  
Iam denique magnorum animorum,  
et quasi Capitolium aeternitatis audie.  
Vis aliquod ex Antiquitate nomen mihi tribuam ?  
Amalthea sum.  
Non Iouis, qualem Poetae singunt,  
sed plenarum Iove Musarum Nutrix.  
In me reperis  
Venam aureae doctrinae,  
quae cum foditur, crescit;  
Puteum iugis veritatis,  
quidum exhaustur, impletur;  
Fontem perennis sapientiae,  
qui nulla deductione potest unquam exarescere.

Noli, Vrbs Metallifera,  
Metalla tua meis opibus anteponere,  
Auro enim et Argento cista quidem,  
non animus expleri potest.  
Auro et Argento nemo vescitur,  
meae vero diuitiae  
Mentis Nectar sunt et Ambrosia  
In me abunde est,  
quod Theologi, quod Iure Consulti, quod Medici,  
quod Philosophi, quod Philologi  
non tantum pascat oculos,  
verum etiam animum exsaturet.  
Tot ego tantaque beneficia  
dum memori mente repeto, nihil magis expeto,  
ad laudes Tuas digne ebuccinandas,  
Quam et totidem linguis instructa essem,  
quot Autorum nomina  
sua Eruditione Cornu Copiae meae augent.  
Auara vero ista spesi excido,  
Quid ne ingrata videar, porro eloquar?  
Venerabor aeternum  
Illustrissimam Domus Saxoniae Gratiam,  
Quae complures Munificentiae sua riuos  
in me deduxit,  
ut aridam aliorum tenacitatem quidam redderet,  
Omni commendabo posteritati  
Nobilissimum Freybergae meae Senatum,  
Qui non creditit, inuigilare se posse  
vtilitatibus publicis,  
nisi constituisse publice,  
vnde colligendi sumtus,  
ne vires meae deficerent.  
Afferuabo sancte  
Schönbergiorum, Valvitziorum, Kölbeliorum,  
Schönlebiorum, Hilligerorum, Stegiorum,  
Horniorum,  
aliorumque clarissimam memoriam,  
Qui de suis detraxerunt facultatibus,  
vt meae crescerent.  
Quietem precor beatis manibus  
Pleusnerianis, Platnerianis, Graunianis,  
itemque cineritiae  
Molleris, Schellenbergii, Quellmalzis,  
Beneviziis, Grefsiis, Schirmeris,  
Quoram Industria,  
dum inter nos viueret,  
nullo vnquam consilio, nullo labore mihi defui,  
Indigna omnium,  
Qui me frequentant, fauore essem,  
nisi Virtutem Tuam admirarer coloremque  
perpetuo  
Consultissime Alberte,  
Qui, ne Hornianis bonis exheres videar,  
nullum annum praeteribi pateris,  
Quin beneficentiae Tuae vim experiar.  
Neque eorum silebo merita,  
Quos adhuc cura mei tangit,  
Ut et distinctius et apertius  
opes meae constent.  
Cui enim bono thesaurus,  
Quem vel nescias, vel usurpare non debeas?  
Nunquam vero etiam obliterabitur  
Mei Schönlebii, Hilligeri, Beyeri  
inuicta sedulitas  
et erudita Pietas,  
Quae virtutes Ipsorum propriae  
amicie indefessas iungunt manus,  
ne summorum Virorum me augendi studio destituas,  
Macti estote  
Hac erecta ingenii vestri indole,  
Quotquot vel laudatae Beneficentiae  
Exemplum,  
vel ingenuis variae doctrinae amor  
accendit,

vt de incremento meo cogitatis  
quotidie.  
Sic denique gratulabor mei interpreti,  
eum operam non lusisse.  
Quam Patronorum auspiciis,  
multo deuorato puluere  
recolis meis consignandis ac disponendis  
impedit lubentissime.  
Cum illo ego, si quid reliqui est  
hanc addo votorum summam  
Vt in publicum Rei litterariae Decus  
ac emolumentum  
DEVS Bonarum Artium et Linguarum  
Stator Opt. Maximus  
me ab omnibus iuriis,  
Quas vel hostium barbarorum ferocitas,  
vel rapidi Vulcani voracitas,  
vel ipsorum temporum minatur edacitas,  
tectam seruet atque incolumem,  
donec  
Bibliothecis amplius non erit locus,  
sed unus liber sufficiet,  
ex quo disci perfecte possunt  
OMNIA.

**E**st aliquid musis dare primi temporis annos,  
Artibus et mentem compofuisse iuuat.  
Fonte suum pectus docto qui Socratis implet,  
Hunc mactes morito quouis honore decet.  
Qui quatit ingentis Demosthenis arma feuere  
Laudibus hunc cumules ipsa Minerua iubet.  
Sedulo sed praefat voluisse volumina docta,  
Et celebri titulos edidicisse Sophum.

adpos.  
Io. Fridericus Ritterus, Dresdenis.

**S**icut coepisti, in virtutis tramite perge  
Currere nec cursum cessa calcare Mineruae.  
At equidem dulci Sirenes fallere cantu  
Te cupiunt, aures obthura, tutus abibis,  
Pugnes assidue, Musarum castra sequendo,  
Splendida qua polkas viennum praemia carpas.  
Inuigilans studiis fungaris rite labore,  
Sicque parata tibi tandem stat laurus honoris.

scr.  
Io. Christ. Drechslius, Drebac. Misn.

**S**Ic Tibi castalium fontis gustasse liquores,  
Iam satis et nostrum, iam studuisse satis.  
Amplectenda putas potius documenta Camoenum,  
Quas fouet in gremio Lipsia clara suo.  
Hinc nostrum pignus, pergas peruvuere libros,  
Collige, conde Sophum nectar ad instar apis.

Augott Pietschmann.

**B**ald so begrüßt Du nun die werthe Linden-Stadt,  
Der Weisheits Mutter-Platz, der Kunst Erfinderin,  
Die manchen klugen Geist in ihren Mauren hat.  
Drum wünscht ein Pythias aus treugemeinten Sinn,  
Dass Du, mein Damon, so wie auf der Schul geschehen,  
Noch mehr ins Weisheits-Buch mit Nutzen mögest sehn.

Dieses schrieb aus freuer Freundschaft

Johann George Koch, von Wurzen.

**M**Ores egregii, candor, solertia grandis  
*Freibergam* celebrem Te genuisse docent.  
Hinc ego, dum patriae de libris differis, opto,  
Sis patriae tandem viuidus ipse liber.  
Caetera diseedens haec peccore verba reconde  
Sis nostrae fidei semper, amice, memor.

Christophorus Gottlieb Stockmann, Geran.

\* \* \*

St. Vors. H. 95, 4 n



